



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus XXIX. De Clerico per saltum promotio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

## TITULUS XXIX.

### De Clerico per saltum promotus.

#### SUMMARIUM.

1. 2. Per saltum Ordinari se faciens ipso facto suspensus est.

**P**er saltum promotus dicitur, qui Ordines non gradatim, sed superiorem nondum suscepto inferiore suscipit, sive scienter sive ignoranter id faciat, ut si quis Presbyteratum ante Diaconatum, Subdiaconatum ante quatuor Minores, aut probabilius istos ante primam Tonsuram susciperet.

Dico. Quamvis Ordo per saltum susceptus valeat (excepto Episcopatu, qui essentialiter dicitur supponere Presbyteratum. per *c. 10. in f. de Excess. Pral.*) sic tamen promoveri se faciens ipso facto suspensus est ab exercitio Ordinis sic suscepti, non aliorum, nec ad alios, antequam suscipiat prætermisum Ordinem, promoveri potest, sine dispensatione aut permissione, quam dare potest Episcopus. *can. un. de 52. c. un. h. t. & Trid. f. 23. c. 14. de Ref.* & ibi Declarat. Cardd. apud Gallemart. *n. 4.* Si autem sic suspensus ministraret in Ordine per saltum suscepto, vel in prætermisso, fieret irregularis, quia ministraret in Censura, vel in Ordine, quem non habet.